



# CENTVRIÆ IVRIDICÆ

Practicæ Quæstionum illustrium.

## THESSIS I.

**M**ulieres sive Vxores , licet non sint communes, juxta Anabaptistarum opinionem ; attamen eas in commercio virorum esse oportet. Quemadmodum videimus plerasque mulieres in civitatibus Hansiaticis, in commercio esse, in primis ubi Clerici, & Hispani , Angli & Hollandi dominantur, qui cum mulieribus , viris interim vinum bibentibus , & consentientibus , Còmmercia indefinenter exercent, idque quia notorium est, ullâ probatione non indiget , sed sola allegatio sufficit. *L. Si adulterium cum incestu § idem pollioni ff. ad l. Iuliam de adult. Sic C A T O Uticenis sumimus Philosophus concessit Hortentio usum conjugis suæ , referente Appiano lib. 2. bell. civil. Et Socratem sumimum politicum & omnium sapientissimum , uxorem suam Xantippen alteri deditse, scribit Plutarchus in vita Socratis. Laert. lib. 2. in vita ejusdem*